

# Gazette Supplement



## Encaenia 2018

### Congregation

20 June

#### 1 Conferment of Honorary Degrees

The Public Orator made the following speeches in presenting the recipients of honorary degrees at the Encaenia on Wednesday, 20 June:

#### Degree of Doctor of Civil Law

##### DAVID NEUBERGER

Cicero, cum in discrimine esset res publica, hoc opinatus est, esse unum ius, quo devincta esset hominum societas, et quod lex consisteret una, quae lex esset recta ratio imperandi atque prohibendi.<sup>1</sup> Quid? Si hereditate recta ratio accipi posset, huic qui nostrum agmen ducit, ut qui biochemiae indagatoris filius sit et nepos rabbi doctissimi, forsitan vix opus fuisset labore ut tam insignem se praestaret. Sed Ciceronem non fugit quantum expedirent et diligentia et industria. Hic cum in Aede Christi scientiae chemicae incubisset, nil tamen de his studiis gloriatus, etsi merito licebat, deinde apud argentarios paulisper versatus et viam novam secutus mox in causis dicendis et praesertim in iudiciis apud curiam cancellarii exercendis clarescebat. Per cursum celeriter ad summa ascendit, ut insolenter iuvenis in curias excelsas ingressus sit. Primo tamen supremæ illi curiae non omnino confidebat quae nova ratione trans campum Londiniensem traiecta est; sero et subito inter bibendum capto consilio decretam esse hanc migrationem. Quo magis grates agimus quod acri consilio eidem curiae mox secundus praepositus est, quae insigne gerit modo Ω notatum finali, modo modestiore tantum quodam titulo qui iustitiam concordiamque significat. Hic vir benignitate sua et humanitate decus addidit insolitum illustri officio, qui in arbitriis sapienter agendis nulli se factioni addictum esse confessus, legibus clare observatis se

omni dominationi impotenti opposuerit. Denique, ut MENS illius et inter subsellia et apud nos maxime humana videtur esse, ita alma mater eum iure diligit et laudat. Nonne praeter omnes nostri temporis iuris peritos hic honorandus est?

Praesento iuris consultum ingeniosum, et iustitiae amicum et populi qui eam colit, David Edmundum Baronem Neuberger de Abbotsbury, equitem auratum, Aedis Christi alumnum, augustissimi Britanniae iudicii olim praesidem, Regiae Societati socium honoris causa adscriptum, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Iure Civili.

#### *Admission by the Chancellor*

Inter nostros iurum et iudiciorum magistros insignissime, qui sine timore aut favore pro Iustitia propugnasti, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Iure Civili honoris causa.

#### *Paraphrase*

Cicero once observed, as the republic tottered around him, that Justice is one, binds all human society, and is based on one Law, which is right reason applied to command and prohibition. If right reason could be inherited, he whom I introduce first, the son of a Professor of Chemical Pathology and nephew of a learned Rabbi, might not have needed much effort in so signally distinguishing himself. But Cicero knew that diligence and industry are equally essential for advancement. Our honorand did indeed study chemistry here at Christ Church, and is unnecessarily modest about his scientific achievements. Changing direction after a brief professional encounter with Mammon, he found his early métier in chancery law. His rise through the ranks was rapid and meteoric; almost unprecedentedly youthful as he entered high judicial circles, he was initially suspicious of that court which, metamorphosed, migrated across Parliament Square after a 'last-minute

decision over a glass of whisky'. But let us praise the good judgment which appointed him the second president of that august new body whose badge bears, in one version, the 'omega' of finality, in another only the symbols of justice and reconciliation without that confident emblem. Here stands a kindly and civilised man with a record of extraordinary distinction in a distinguished role, and of wise rulings that defy political labelling, yet clearly show his respect for human rights and a detestation of tyranny. Above all, then, both on and beyond the bench he has been a *mentsh* (מצניט) among Menschen, and he is deeply and affectionately respected by his alma mater. Surely there is hardly a lawyer alive who is more deserving of an Oxford Honorary Degree.

I present a brilliant legal authority, a friend of Justice and of the people who respect her, David Edmund Lord Neuberger of Abbotsbury, Knight, graduate of Christ Church, sometime President of the Supreme Court, Honorary Fellow of the Royal Society, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Civil Law.

#### *Admission by the Chancellor*

Most distinguished and authoritative among our judicial masters, who have without fear or partiality defended Justice, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Civil Law.

#### Degree of Doctor of Letters

##### WINIFRED MARY BEARD

Verba recordemur Caroli Darwin in initio posita fabulae cuiusdam explosae quae 'Vita Canis' vocatur: 'Hoc consentio' ait 'canes aliquid conscientiae simile possidere.' Nunc erudita adest ut academiae ita populo toti maioris aestimanda quam ut edicere possim, cuius aB LOGis per aethera missis conscientia canina certe maior

<sup>1</sup>Cicero, De Legibus I.15

videtur. Scripta eius quis numerare, quis verbis amplecti poterit? Sed quaecunque populum palam edocet, haec doctrina nil minus eximia eloquitur quam in schola. Temporum antiquorum annales, religiones et reipublicae rationes, mores, facetias, necnon triumphos et artes et architecturam, haec omnia nobis explicavit, ita tamen ut suam propriam et sane salubrem veritatis imaginem proferat; nam ei exploratum est quanti sit pendendum non modo mores illos nobis antiquos et vitam illam fingere sed etiam perscrutari unde et apud quales nos haec cognovisse credamus. Quae sentit ea semper novitatem redolent; constat Mariam nunquam obsoleta, saepe inaudita disserere. Collega eius 'si quid Maria facit,' inquit, 'tritum esse desinit, fit novum.' Praeterea et nostra hac aetate vix invenimus quicquam quod aliquid momenti habeat quod illa non docte et vehementer, et novo quoque loquendi genere tractaverit. Huius vere 'naturas hominum, vimque omnem humanitatis penitus perspicere'<sup>2</sup> conatae verba aliquando aliis placuit detorquere; fortiter tamen pro gravi argumento militat, etsi errorem agnoscere, *παλινῳδῖαν* canere nunquam non vult. Num cuiquam alii inter studiosos nostros antehac tabula picta PAENE-APotheosis concessa est? Quam aliam puella carmine palam et eloquenter laudavit, 'Me Mariae similem faciat maturior aetas'? Nos autem, si forte adulescere non libet, Pompeios respicientes dominae caveamus canos.

Praesento studiosam et populi praecepticem animo et constantia egregie praeditam, quae populos et mores tam antiquos quam hodiernos firma mente excutit, Winifredam, Mariam Beard, apud Universitatem Cantabrigiensem professorem, Academiae Britannicae sociam, Ordinis Imperii Britannici Dominam egregiam, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

#### *Admission by the Chancellor*

Morum Graecorum Romanorumque et nationum quoque ulteriorum assidua investigatrix, quae propter scripta et contiones et emissiones notissima facta es, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

#### *Paraphrase*

The old box-office flop *It's a Dog's Life* opened with words from Charles Darwin: 'I agree ... that dogs possess something very like a conscience.' Here stands a scholar whose value to academy and country is beyond calculation, and whose 'Don's

Life' blog shows doubtless far more than canine conscience. Her publications are wonderfully numerous and multifarious, but in addressing her more public readers she makes no compromise with the high standard of her scholarly work. The Ancient World in its history, religions and politics, its humour, its triumphs, its art and architecture, all this she has illuminated for us, while introducing a salutary realism of her own; for she recognises that it is as important to understand the nature and the context of the sources as it is to try to imagine the world they represent. Her ideas are constantly fresh – 'when Mary does something,' says a colleague, 'it is not old hat. It becomes new hat.' But in our own world, too, there is scarcely a subject of importance on which she has not commented with vigour and combative originality. Here is a true student of humanity whom it has suited some to misrepresent, but she is fierce in her defence of cogent argument, while also able to admit error and graciously retract. How many classical scholars have become, as has she, a 'pinup of the year', or of how many has a young woman so eloquently and openly<sup>3</sup> pronounced 'When I grow up I want to be Mary Beard'? But if we do not wish to grow up, then let us at least think of Pompeii and 'Beware the (grey-haired) Don'!

I present a scholar and public educator of great energy and fearless tenacity, who doggedly probes both ancient and modern societies and their values, Winifred Mary Beard, Fellow and Professor of Newnham College, Cambridge, and Fellow of the British Academy, Dame of the British Empire, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### *Admission by the Chancellor*

Tireless investigator and critic of Greece, Rome and worlds beyond their frontiers, who through writings and broadcasts have become our country's best-known classicist, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### **Degree of Doctor of Letters**

##### **MATTHEW BOURNE**

In angustias me duci confiteor; quis enim illam artem unquam verbis satis laudabit qua fabulae tam pulchre sine verbis aguntur, illam qua omnia, ut dicit poeta Gallicus, reteguntur quae in musica occulta latent? Quis talia expromenda curare potest nisi choreographus? Is qui ipse olim saltator nunc sequitur se talem magum exhibuit, agmina etiam sua egit et

animavit, e gestibus quasi linguam creavit qua nulla alia sensus nostros sincerius exprimere videatur. Et quaecumque agit simul nova quaedam generare, simul ea vetera observare contendit unde nova orta sunt. Hic enim Olivero et Elizae et Mariae vitam novam dedit - ne lacum cynorum omittam neve Nucifrangibula, Formosam Dormientem, Rhodopida Reducem - ita ut fabulas omnino de novo attendere cogamur et quae noveramus infantes iam eadem de integro considerare. Et sunt alia quoque quae mire mutata nobis obstant. Nam hoc magna vi animi ducente Bournonville in Bourne mutata est, Nymphaque Sylvestris in Glasguensem. Quid? Soleis rubris refectis fabulam de ipsa hac arte narratam edidit in qua ex altera aetate in alteram nostram parsimoniae res transferuntur. Nemo nascitur artifex, ut dicitur, sed ecce vir in scaena iam a puero artis vere magicae peritus, sui ipsius discipulus, quem comitata caterva illa theatralis 'Imaginum Motarum Labores' appellata brevi ad novos labores renata est. Et nunc magister se ipsum multiplicat, qui identidem propter beneficia eorundem renatus erit, qui efficient ut posthac histriones, mimi, choreographi innumerabiles inter concentus futuri sicut nostri aevi spectatores saltatione delectent.

Praesento artis theatralis et mimicae magistrum educatoremque unicum, saltationum nondum dominum sed equitem iam auratum, Matthaëum Christophorum Bourne, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

#### *Admission by the Chancellor*

Magister, Terpsichores heres optime, qui eam inter novem Camenas supremam evexisti, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

#### *Paraphrase*

I confess myself almost defeated; I fear no orator will ever do justice to the beauty of wordless representation that is dance, the art that a French poet said 'can reveal everything mysterious that is hidden in music'. Who is able to conjure such things but the choreographer? Here next in our honoured line is one such magus, once himself a dancer, who has inspired and led troupes of his own, one whose language of gesture is made to seem the most natural human expression. In all he does, he strives at once to create something original but also to honour that old from which the new arises. Here is a magician who gives changed life not only to Oliver, Eliza and Mary but even to swans, and whose *Nutcracker*, *Sleeping Beauty* and *Cinderella* command

<sup>2</sup>Cicero, De Oratore I.xii.53

<sup>3</sup>[www.youtube.com/watch?v=LGgP3SFZHT4](http://www.youtube.com/watch?v=LGgP3SFZHT4)

wholly new attention, enjoining us to revisit what we felt we knew as children. There are other metamorphoses too, for under his inventive direction Bournonville's *La Sylphide* becomes Bourne's *Highland Fling*, and he has in his refashioned *Red Shoes* given us a story of ballet itself, re-read from one era of austerity to another in our recent history. It may be true that 'none is born a master', but already as a boy our honorand showed the signs of a theatrical sorcerer, apprentice to his own talent, his own company 'Adventures in Motion Pictures' being soon reborn in 'New Adventures'. And now the master multiplies himself, for he is to be constantly 'Re-Bourne' in the charitable wing of that company, which ensures a future for countless new dancers and choreographers to come, who will dance to the music of our time and theirs.

I present a peerless artist and nurturer of theatre and gesture, a Knight, if not yet Lord, of the Dance, Matthew Christopher Bourne, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### *Admission by the Chancellor*

Master, Terpsichore's worthy heir, who have shown her supreme among the nine sisters, I on my own authority and that of the whole University, admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### **Degree of Doctor of Letters**

##### **HELGA NOWOTNY**

Omnes natura scire desideramus, si Aristoteli credimus, cui scilicet placuisset cum hac femina colloqui quae non modo se 'inexplebilis sciendi cupiditatis' exemplum prodit, verum etiam acri mente animadvertit quemadmodum illa sitis intellegendi condicione aerarii vel rei publicae fortuna modo erigi videatur modo inhiberi. Est ut in omnibus fere studiis nostris ita in scientia rerum naturae persequenda aliquod opum publicarum pondus, ut inter diversas rerum sive cognoscendarum sive agendarum rationes caute nos oporteat cursum dirigere. Plerumque in urbe praeclara Vindobona, scientiarum et artium capite, puella educata unum annum foris egit, quod pariter ei profuit; nam apud magistros Americanos studia plura, magis varia - historias dico et rerum naturam, linguas et artes musicas - idcirco licuit exercere quod quaecumque testimonia sibi impetrasset in patria ipsa parvi facturi erant magistri. Quo regressa legum studiis incubuit, adeo ut eius in iure poenali et in scelerum natura cognoscenda peritia etiam Novi Eboraci laudaretur. Nunc inter morum hominum et societatum studiosos ubique non solum propter quae

scripsit auctoritatem summam habet; Concilium enim Europaeum Studiorum una cum sodalibus aliis condidit, et recens praeses eiusdem libertatem animi liberalitatemque exhibuit. Quid est tempus? Quomodo eo utendum? Quo pacto scientiae cum optimis consiliis consociandae sunt? Quae de his quaestionibus impertivit eam optimam magistratam esse demonstrant. Nuper denique monuit incerta quoque pluris aestimare; inter principia enim opum nostrorum esse putanda, magnumque et in docendo pondus habere et in quaerendo. Quod consilium laudamus; sed tempore incerto certum unum habemus, sapientiam eius et auctoritatem multum diuque et in Europa et ultra esse mansuram.

Praesento sapientem quae propositis et condicionibus studiorum omnium nostrorum auctoritate consulit, Helga Nowotny, apud Scholam Superiorem Polytechnicam Foederalem Turicensem professorem emeritam, Praesidis Nomismate apud Britannicam Academiam nobilitatam, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

#### *Admission by the Chancellor*

Navigatrix sagax temporum et rerum incertarum, quae investigationes nostras et earum proposita intellegis et socia provexisti, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

#### *Paraphrase*

All of us naturally desire knowledge, said Aristotle, who I believe would have enjoyed talking to the lady I now present. For she is not only herself a fine example of 'insatiable curiosity', but also a keen observer of how the thirst for scientific understanding may be fostered, or limited, by the politics and economics of the worlds we inhabit. There is a political economy of science, and of research in almost any field that concerns us, and we must steer our way carefully between different aims of intellectual and social utility. As a youngster brought up primarily in that great cultural capital of Vienna, she benefited perhaps equally from a year away; an American high school gave her the freedom to study widely and eclectically - history, sciences, music, languages - precisely because her home country would in any case not recognise any credit she could gain in that year. Back in Austria she turned to Law, and the credentials she gained in penal law and criminology were willingly recognized in New York. In social sciences she has become a voice of international importance, and not only through her writings; for she was

first a founding member and then a liberal and freethinking President of the European Research Council. Her many publications range magisterially over our use and understanding of time, and questions of how the pursuit of science relates to public policy; more recently she has argued for the recognition of the power of uncertainty, 'one of the most precious cultural resources', as she says, and a crucial principle in research and in teaching. We respect her counsel, but in times of uncertainty we feel assured that her wisdom and her influence will live long, in Europe and beyond.

I present a wise authority for the purposes and conditions of all our endeavours, Helga Nowotny, Professor Emerita of the Federal Institute of Technology in Zurich, awarded the President's Medal of the British Academy, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### *Admission by the Chancellor*

Clear-sighted navigator through time and uncertainty, who have understood and effectively influenced and assisted our scientific aims and researches, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### **Degree of Doctor of Letters**

##### **ROBERT D PUTNAM**

Sphaerobolia cum comitibus tantum ludendum. Vir optimus Harvardianus olimque apud nos scholaris Fulbrightensis quem nunc produco a puero late eruditus est; cum societatibus ludere solitus mature cognovit tantum inesse virtutis et gaudii in sodalitate quantum in certamine. Nuper tamen, illa iucunda tempora recordatus quae iuvenis in urbe Portu Clinton degebat, animadvertit - id quod paenitet - cum ludorum societates tum multas alias coniunctiones hominum defecisse. Ibi enim, ut putat, somnium illud Americanum quasi verum, solidum evasisse videbatur, cum ordines civium minus disiuncti fuissent et ei qui fortuna minus secunda uterentur quam ipse, ut ad maiorem fortunam natus, frui posset nihilominus ad maiora ascendendi opportunitates habuissent. Apud hunc legimus ex 'opibus civilibus' rempublicam liberam aequamque talem fieri ut cives revera conveniant, inter se fidem servent, omnia denique hoc modo ad civitatem recte gubernandam necessaria efficiant. Ita scilicet accidisse ut, his opibus usae, quaedam Italiae regiones olim rempublicam efficacem proferrent. Neque hic tantummodo cogitationibus inchoatis servit, neque aetatem quandam auream revocare cupit. Immo indagaciones ratione



admodum accurata confirmavit ornavit armavit, praeterea quae excogitavit ea procuratoribus civitatum impertivit, quo facilius intellegatur omnia melius fieri si communiter fiant. Haud scio an Ciceroni istic ludus notus fuerit. Num semper cum aliis facile una egit? Sed orator Romanus hoc agnovit, coetum mutuo ac fideliter sociatum et iuris consensum alere et utilitatis communionem.<sup>4</sup> Quae verba honorandus noster approbans nobis in mentem corroborandam commemorat.

Praesento virum doctum, humanitate et auctoritate praestantem, qui hominum nationumque sodalitates et mutuas indulgentias et intellegit et in rebus gerendis producit, Robertum David Putnam, apud Universitatem Harvardianam professorem, Academiae Britannicae sodalem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

#### *Admission by the Chancellor*

Ludorum ratiocinator, magister disciplinae civilis, quo duce forsitan nos quoque communiter iterum aliquando bolis ludamus, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

#### *Paraphrase*

Bowling should not be a solitary sport. The early career of the Harvard luminary and former Fulbright Fellowship scholar at Balliol whom I now introduce was rounded indeed, for he bowled in league competitions and learnt the value and the joy of cooperation as well as competition. More recently he has noted with sadness the decline of bowling leagues and other collaborative relations in society, as he thinks back on those halcyon days of his youth in Port Clinton, Ohio, a 'passable embodiment of the American Dream', as he sees it – a world of greater equality between classes, and of greater opportunity for those less fortunate than the family that nurtured him. His writings have helped to mobilise the idea of 'social capital' as a source of effective democracy, a civic engagement in which people trust each other and thereby produce good government; it was such elements in public life, he was once able to argue, that made the difference in 'making democracy work' in parts of Italy. And these are not, for him, merely romantic notions, nor simply a nostalgia for an imagined golden age, for he has brought to bear on his investigations the weaponry of rigorous statistical and sociological research. Furthermore he has put his ideas at the service of practical policy,

signalling the way to a world in which we might better recognise that we are 'better together'. Cicero, I dare say, never bowled, and his talents for teamwork have been questioned, but the Roman orator knew the value of trust and reciprocity in promoting 'justice and a partnership for the common good', words approvingly and movingly remembered by our honorand.

I present a humane and influential scholar, a student and promoter of cooperation, mutual understanding, and decent civic values both within and between nations, Robert David Putnam, Professor at the John F Kennedy School of Government, Harvard University, Fellow of the British Academy, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### *Admission by the Chancellor*

Theorist of games, doyen of political scientists, through whose inspiration we in society, and even nations, may one day bowl once more together, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### **Degree of Doctor of Letters**

##### **MARTIN CHARLES SCORSESE**

Nunc mihi vir adstat qui ipse professus est se in theatro cinematographico didicisse quomodo ea intellegere tandemque depingere posset quae diligenda quidem sed subtilia ubique circumstent. Esse enim qui hac cognitione instigati artes vel poeticas vel saltandi vel cantandi invocent; se ipsum huic generi fabularum deditisse. Picturam et poesim nonnulli maiorum nostrorum comparabant; honorandus noster ex mobilium illarum imaginum arte genus suum proprium poesis peperit; et hac lingua, ut ita dicam, tam ad gaudium quam ad dolorem praebendum usus, etiam extrema rerum humanarum praesentat inter loca et condiciones mire varias, clarissime descriptas. Nobis enim ex huius fabulis imagines offeruntur modo tranquillitatis, modo urbium feritatis et violentiae minarumque. Saepe tamen et mutantur res – illum taurum furem revoco et autoraedarium conducticum, praedoneM OBSTinatum Henricum Hill, qui tiro se feliciorem habebat Praeside Civitatum Unitarum, et sacerdotem iuvenem Sebastianum in 'Silentio' versantem. Saepe enim etiam propter ancipitem morum curam, cum tales viri immerito sibi vel aliis fideles confidere videantur, ingenium tamen suum tandem miro quodam modo melius agnoscunt. Hic verus est talis mutationis auctor, quippe qui a librorum lectione orsus imagines et opera omnino nova condiderit, histrionum sollertissimorum facultates

maximas in lucem laudemque induxerit, effecerit denique ut nos spectatores de integro percipiamus quatenus ex hac arte fieri possint. Eius enim artis forma et vita nos etiam, sicut Hugo puer tam callide conversus et de libro in scaenam albam illatus, delectati sumus, ut pro certo sciamus huius honorandi opera locum celsissimum esse occupatura inter ea quae ipse iam omne in tempus conservanda curavit.

Praesento summum inter artifices magistrum, qui arte sua spectatores docet commotosque in nova transportat, Martinum Carolum Scorsese, cinematographiae auctorem et conservatorem, ut admittatur honoris causa ad gradum Doctoris in Litteris.

#### *Admission by the Chancellor*

Optime imaginum motorum motor, per quas tantum vitae humanae et eius formarum multiplicum praestitisti, ego auctoritate mea et totius universitatis admitto te ad gradum Doctoris in Litteris honoris causa.

#### *Paraphrase*

Beside me now stands a man to whom, in his own words, the cinema has given a means of understanding, and eventually expressing, what is precious and fragile in the world around him. For some, he says, this recognition, this spark, leads to poetry, or dance, or music; in his case it has been the cinema. Some ancient thinkers likened poetry to painting; he has created his own kind of poetry in 'moving pictures' and sequences of images. It is a language that he uses to paint both joy and pain, one in which he places extremities of human experience in contexts and landscapes of extraordinary range and vividness, some of quietude, others of violence and mean streets and brutality. But so often in these films there is a theme of transformation. The Raging Bull, the Taxi Driver, the career mobster Henry Hill of *Goodfellas* ('better than being President of the United States'), the young priest Rodrigues in *The Silence* – through moral ambiguities, and often misplaced self-belief and trust and loyalty – comes a strangely clearer sense of personal realisation. Here is a true transformationist, who has created new forms and works of art from books which inspired his films, has brought into great clarity the towering qualities of his finest actors, and has changed us, his audience, in our understanding of what cinema can achieve. Like the young Hugo Cabret, so ingeniously transformed and transferred from book to screen, we too are entranced by cinema and its history, and predict that our

<sup>4</sup>Cicero, De Repub. I.25

honorand's own works will themselves have an honoured place among the films now preserved under his leadership.

I present a creative master, whose art instructs, provokes and transforms his viewers, Martin Charles Scorsese, director and preserver of the art of film, to be admitted to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### *Admission by the Chancellor*

Prime among movers of the moving image, through which you have evoked for us so much of the human condition and its complexities, I on my own authority and that of the whole University admit you to the honorary degree of Doctor of Letters.

#### **Degree of Doctor of Letters**

##### **NICK STERN**

